tarum uitarum· diuisio & rur sus inuis constrictio adq· congregatio talis
est· qualem superius diximus quae tandem uel inperitia uel intemperantia
in istas nos angustias coartamus / uel tamquam in summa penuria positi re
lictis omnibus uiis quas sermo dī nos doc&· hanc solam urgeamus & in hac
una nos m& ipsos co angustemus quae in disceptatione & sola uerbi
disputatione consistit· & quae magis ut mihi uidetur· Non tam sa
pientiae ac scientiae· studiis quam uitio loquacitatis expetitur /
non ne debitis uos increpat beatus apostolus paulus / qui post enumera
tionem spiritalium gratiarum· repetit & dixit, Numquid omnes
apostoli· numquid omnes prophetae. numquid omnes magistri
& reliqua estote· excelsius et excelsiorum superior· & supra nubes as
cendes si lib& & inuisibilia conspicare & ineffabilia sermone con
plectere supra heliam adsumere, et supra moysen facie ad faciem ui
de si potueris dnm· supra paulum quoque· ad tertii caeli euade festigia
cur & alios sub dies uis plasmare / cur theologos sub momento tempo
ris facis qui de diuina natura disserant, Cum suae adhuc uitae
sint penitus ignari / ut putes eos uelut inspiratam a te magis quam elu
cubratam suscepisse doctrinam· & inperitorum uerbis quam plu
rimos agis conuentos ,, ut quid arenis conligis gigas infirmos· & contra
his uelut· sapientiae eis aliquid largiturus· ut quid examen uespa
rum aduersum fidem· concitas· ut quid dialetica religione decora
re se credit· ubi magis per dialeticam religionem foedatur illa
nobis quodam modo nunc gigantomachya fabulosa reparatur,
Dum aduersum dnm pugnatur in terris· & dum omnis sermo cum quaes
tione profertur / fit lingua bellatrix uerba sunt iacula sermo est
gladius / tota die absq· ullo fine pugnatur ,, Et interdum mutu
is· uulneribus inter se uterq· prosternitur / sed si tantus est a
mor huius prohaeli· si tanta cura certaminis / si dialectici proe
lii· capere iuuat triumphos· desistamus quaeso a ciuilibus bel
lis / haesterna adq· hostilia bella subeamus, dimicemus aduersū

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0171